JOANNIS CAROLI

ANTONELLI

Tractatus

DE JURIBUS, ET ONERIBUS CLERICORUM.

JOANNIS CAROLI
ANTONELLI
PATRITII VELITERNI,
Sacræ Theologiæ, & J. U. Doctoris,
AC EPISCOPI FERENTINI,

TRACTATUS

DE JURIBUS, ET ONERIBUS CLERICORUM,

In duos Libros diſtributus;

IN QUIBUS DIFFICILIORES, ET IN FORO frequentiores utriuſque Juris controverſiæ, ſingulariter dilucidantur.

OPUS JUDICIBUS, ADVOCATIS, CÆTERISQUE in utroque Foro verſantibus, maximè utile, ac neceſſarium.

ADJECTIS NONNULLIS SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Deciſionibus, necnon Pontificiis Conſtitutionibus, Sacræque Congregationis Concilii Decretis noviter emanatis; atque Indicibus Capitum, & Rerum notabilium.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

VENETIIS, MDCCXVI.
Apud Antonium Bortoli.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

AD LECTOREM.

IOANNIS CAROLI ANTONELLI Epiſcopi Ferentini celeberrimi Juriſperiti Veliterni prodit in lucem Tractatus Poſthumus de Juribus, & Oneribus Clericorum non minùs utilis, quàm ad utriuſque fori directionem neceſſarius. Illius doctrinam, animique dotes non eſt, quod tibi commendem, nam primum pluriès repetitæ aliorum ſuorum tractatuum laudant impreſſiones de Regimine Eccleſiæ Epiſcopalis, de tempore legali, & de loco legali, ſecundum verò propriæ Patriæ in lapidea expreſſum tabula ſequens celebrat teſtimonium. Vale.

JO. CAROLI ANTONELLI
Sac. Theologiæ, & J.U.D. Patritii Veliterni,
AC EPISCOPI FERENTINI.

LIBER PRIMUS.
De Juribus Clericorum.

SUMMARIUM.

1 *Clerici à juriſdictione Laici ſunt exempti tam de jure Canonico, quàm Divino*, & num. ſeq.

2 *Laici ſunt incapaces juriſdictionis in Perſonas Eccleſiaſticas.*

3 *Clerici non poſſunt hujuſmodi exemptioni renunciare.*

4 *Conſuetudo etiam immemorabilis contrà Eccleſiaſticam immunitatem reprobatur.*

5 *Clerici pro damno dato non poſſunt conveniri coram Judice ſæculari.*

6 *Ædiles non poſſunt Clericum compellere, ut Domum ruinoſam deſtruat.*

7 *Judex Laicus non poteſt punire Clericum, qui aſſumpſit habitum Clericalem poſt commiſſum delictum.*

8 *Reus capitalis criminis accuſatus, ſi efficiatur Miles, à Judice militiæ judicandus eſt.*

9 *Clericus dicitur Miles Cœleſtis militiæ.*

10 *A quo Judice puniri debeat Laicus condemnatus in exilium, ſi poſteà fiat Clericus, & contraveniat.*

11 *Summus Pontifex poteſt Judici Laico delegare cauſas Clericorum: Et an poſſit Clericos privare privilegio exemptionis, ibidem.*

12 *Delegatus ad certam cauſam, non cognoſcit jure proprio, ſed nomine delegantis.*

13 *An Clerici obligentur ſæcularium Principum legibus, quæ ad communem quietem ſpectant.*

14 *Clerici ſunt Cives, & membra Reip.*

15 *Leges civiles, quæ faciunt expreſſam mentionem de Clericis, reprobantur.*

16 *Leges civiles, quæ Juri Canonico non contradicunt, ſervandæ ſunt etiam in foro Eccleſiaſtico. Limitatur* num. 17. & ſeq.

17 *Leges civiles pœnales non comprehendunt Clericos.*

18 *Leges Civiles ſummum rigorem continentes, juris Canonici æquitati repugnant.*

19 *Clerici non puniuntur pœnis legalibus, ſed mitioribus.*

20 *Quando Judex Laicus, ſive ejus Miniſtri poſſint capere Clericos, &* num. ſeq.

21 *Delicta non debent remanere impunita.*

22 *Judex Laicus non poteſt Clericos armis privare.*